



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventuræ Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De his quæ valent ad acquisitionem castitatis. Cap. LIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

De his que valent ad acquisitionem castitatis.

CAP. LIIII.

AD castitatis autem acquisitionem & profectum & obseruationem, valent ea que supra posita sunt de remedijs luxuriæ, scilicet alienatio & separatio feminarum à viris, & consortium contubernale castorum, quorum exemplo doceatur. Item deliciarum fuga, quæ nutriunt carnis illecebras. Item exteriorum sensuum custodia, vt non videat vel audiat vel tangat vnde tentetur. Item otij deuotio, quod est ianua omnium vitiorum, maxime carnalium. Item custodia interiorum cogitationum & affectionum cordis, per quas coluber primò caput venenatum ingerit. Item orationis frequentia, qua obtinetur auxilium à Deo contra omnes impugnationes.

Lib. 1. c. 39

De diuisione castitatis.

CAP. LV.

PROFECTVS vel gradus castitatis pluribus modis distinguuntur. Est enim castitas conjugalis, vidualis, & castitas virginalis. Est etiam castitas alia in actu, alia in affectu. Quidam sunt casti corpore, sed non mente; & quidam casti mente, licet corpore oporteat eos reddere debitum conjugale.

De gradibus castitatis prout religiosis competit.

CAP. LVI.

NUNC de gradibus castitatis sicut religiosis competit videamus. Primus gradus est continentia ab actu carnali, cum proposito

Gradus 1.
Actu carnali & motibus non consentiens

X

posito